

ТРЕТИЙ УРОВЕНЬ

Первый вариант

Задание 1. Переведите текст с латинского языка на русский:

Est nemus amoenum non longe ab urbe nostra, quod jam diu ab omnibus fere desertum esse videtur. Nec veniente, nec decedente die potes hic aliquem videre inter arbores floresque ambulantem et avium cantus aut fontis murmur audientem. Nemo mihi umquam hic occurrit praeter senem cano capillo et anum incurvatam. Haec ad pedes arborum sarmenta colligit, quibus focum incendit; ille gramina carpit, quibus capellas alit.

Silentium, umbra, solitudo loci jubent me huc venire, cum aegritudo animi pectus meum rodit aut cum cotidianorum laborum me taedet. Juvat me narrare ornis, ulmis, populis dolores animi. Non me fugit arbores mihi responsuras non esse neque consilium daturas. Attamen ob eandem causam terrae filias virides secreta mea numquam divulgaturas esse scio. Non igitur paenitebit me sermones meos earum fidei commisisse.

Задание 2. В левой колонке таблицы приведены описательные выражения. Найдите в тексте из первого задания существительное, прилагательное или глагол, соответствующий описательному выражению. Впишите найденное слово в начальной форме в соответствующую строку правой колонки.

vox sensus non expers	
dentibus contero	
oculis gratus	
animal ventis nubibusque amicum	
vena aquae	
noctis imago	
auribus capto	
verba reddo	
campi ornamentum	
arborum magna familia	

Задание 3. Эразм Роттердамский (1469-1536) в диалоге «Цицеронианец» рассказывает, что некоторые латинисты его времени старались использовать в своей речи только такие слова и выражения, которые можно найти у Цицерона. Поэтому христианские понятия они заменяли языческими.

Вопрос: что скрывается под обозначением *proscriptio* в качестве существительного и *aqua et igni interdicere* в качестве глагола? Объясните свой ответ.

Задание 4. Ответьте по-латински на вопросы. Ответ должен состоять не более, чем из двух предложений.

A. *Quis potest amicus dici?*

B. *Quae femina mater appellatur?*

C. *Cur hominibus igne opus est?*

D. *Quid interest inter avem et bestiam?*

E. *Quare aqua magis necessaria homini est quam vinum?*

ТРЕТИЙ УРОВЕНЬ

Второй вариант

Задание 1. Переведите текст с латинского языка на русский:

Est non procul a portu oppidi nostri litus fere desertum. Hic locus, quia non nisi per invia saxa accedi potest, a civibus nostris non frequentatur. Neque ascende in caelum sole, neque in aequor occidente vidi huc ullum hominem venisse praeter pueros parvulos, qui aut conchas variorum colorum in litore colligunt aut turres ex arena fingunt.

Hunc in locum configio, cum vitae urbanae perturbationibus animus affectus est. Juvat me auribus captare undarum strepitum loquelasque musicas arundinum, quae nutriuntur fonte, e saxo hic manante.

Interdum aves maritimae ad rupem, sub qua prostratus jaceo, advolant et cibum a me flagitare videntur. Inter hos ventorum amicos garrulos divido frustula panis, quae linteo involuta mecum porto. Non ignoro numquam aves mihi gratiam habituras esse. Attamen spero eas advolaturas esse, cum iterum huc veniam.

Задание 2. В левой колонке таблицы приведены описательные выражения. Найдите в тексте из первого задания существительное, прилагательное или глагол, соответствующий описательному выражению. Впишите найденное слово в начальной форме в соответствующую строку правой колонки.

lumen caeli maximum	
continentis ora summa	
manibus formo	
a rustica consuetudine differens	
patriae suae filius	
aqua motus vento agitatae	
alimenta praebeo	
vanis sermonibus aures implens	
navium domus et refugium	
in partes frango vel seco	

Задание 3. Эразм Роттердамский (1469-1536) в диалоге «Цицеронианец» рассказывает, что некоторые латинисты его времени старались использовать в своей речи только такие слова и выражения, которые можно найти у Цицерона. Поэтому христианские понятия они заменяли языческими.

Вопрос: что скрывается под обозначением *sacrosanctum panificium* в качестве описания процесса и *sanctificum crustulum* в качестве результата этого процесса? Объясните свой ответ.

Задание 4. Ответьте по-латински на вопросы. Ответ должен состоять не более, чем из двух предложений (предложения могут быть простыми, осложненными или сложными).

A. *Quis potest vir doctus dici?*

B. *Quis homo pater appellatur?*

C. *Cur hominibus veste opus est?*

D. *Quid interest inter servum et liberum?*

E. *Quare sal magis necessarius homini est quam piper?*
